

Alte Drucke

Concilia quatuor generalia

TOMVS PRI=||MVS QVATV=||OR CONCILIO||rum generalium. || Quadraginta
septem Conciliorum prouincialiu[m] au=||thenticorum. || Decretorum
sexaginta nouem Pontificum. Ab aposto=||lis & eoru[m]de[m] ...

Isidorus <Hispalensis>

Parisiis, 1524

INCIPIVNT DECRETA FELICIS PAPE.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150505

meis verbum tuum domine, & lumen semitis meis, quoniam ipse est (sicut ait beatus Daniel propheta) sapientia, fortitudo, dat sapientiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disciplinam. Ipse reuelat profunda, & abscondita, & nouit in tenebris constituta, & lux cum eo est. Quia sapientia inquit & fortitudinem dedisti michi, & ostendisti michi que rogavi te, cum opera diuina vniuscuiusque personarum descripta eorum qui pro nouitatis commento accusati sunt de venerabili nostro scrinio obsecundantibus, & nobis ordinabiliter offerentibus solertius intendamus, ita ut qui hec presumpserint preuaricari primum quidem subiaceant iudicio terribili omnipotentis dei, deinde autem qualemcumque realem indignationem reuerentur, per quam quidem si episcopi, aut clerici sunt, a sui sacerdotii, siue a sui cleri ordine modis omnibus excidant. Si autem monachi sunt segregentur, & alieni sint de suis locis. Si autem dignitatem, aut cingulum, aut militiam habeant nudentur de eis. Si autem sunt priuati, si quidem nobiles existunt suarum substantiarum proscriptionem patiantur. Si autem ignobiles consistunt non solum in corpore verberentur, sed exilio perpetuo castigentur, ut omnes timore dei compressi, & comminata eis digna supplicia reuerentes immobilem, & sine turbatione pacem sanctarum dei ecclesiarum custodiant, data octauo kalendarum Iunii asdepio, & deodato. iiii. cc. **Explicit, gratia Iesu Christo domino nostro, pax vobis. Amen deo gratias.**

INCIPIVNT DECRETA FELICIS PAPE.

Epistola egyptiorum pontificum ad eundem de infestationibus Arrianorum.



QUONIAM BEATISSIMO ET HONORABILI SANCTO patri felici sancte sedis aplice urbis Rome pape, Athanasius, & vniuersi egyptiorum Thebaidorum, & libiorum episcopi in sancta Alexandrina synodo gratia dei congregati, Vro sancto suggerimus apostolice, ut nostri more solito sollicitudinem gerere dignemini iuxta vestram prudentissimam sapientiam que oibus luce clarius manifesta est, quia apostolicis vestra bitudo visceribus commota per tribulationem nostram nos omnes hortata est ad tuitionem catholice, & apostolice ecclesie in vnum conuenire, & de nostra canonice oppressione, & vnam nimirum tractare dum constat nos vna cum beato Paulo apostolo eadem compassibiliter dicere, quod infirmatur, & ego non infirmor: Quis scandalizatur, & ego non vror: satagentes ne aliqui de eis que nobis credite sunt rationabilibus ouibus a bestiis capiatur, Ideo pre beatusissime, quia semper antecessores nostri, & nos a vestra apostolica sancta se de auxilium hausimus & nostri vos curam hanc agnouimus, prefata apostolica, & summa expetimus iuxta canonum decreta sedem, ut inde auxilium capiamus, vni predecessores nostri ordinationes, & dogmata atque subleuationes ceperunt, ad eam quoque quasi ad matrem recurrimus, ut eius verbis nutriamur, quoniam non potest mihi obliuisci infantem suum sic & vos nolite obliuisci nos vobis commissos quoniam non leuibus nos inimici nostri implicauerunt, & cotidie facere moluntur afflictionibus & apprehendere, aut ferris nos constrigi minantur, nisi eorum consentiamus erroribus, quod nequaquam vobis inconsultis agere presumimus, canonibus quippe iubentibus absque Romano nos de maioribus causis nihil debere decernere pontifice, ideoque ad propositum recurreremus & ad brauium properantes vestre apostolice sedis imploramus auxilium, quia ut credimus non despexit deus preces cum lachrymis sibi oblatas seruorum suorum, sed ob id vos predecessoresque vestros apostolicos videlicet presules infirmitatis arce constituit omnique ecclesiarum eis curam habere precepit, ut nobis succurratis, nosque tuentes cui omne episcoporum iudicium est commissum liberare ab hostibus nostris non negligatis, nam scimus in nicena magna synodo trecentorum. x. viii. episcoporum ab oibus concorditer esse roboratum non debere absque Romani pontificis finia concilia celebrare, nec episcopos danare, licet hec & alia quam plura necessaria ab hereticis qui nos cotidie infestant & perdere nituntur, ut facilius nos cape possint, sint synodica capitula incensa nobisque sublata, Quade re hac inuenta occasione indifferenter oicanonica & apostolica postposita auctoritate nos vi a propriis vobis inconsultis illicite expellunt sedibus ouesque nobis a Christo domino apostolica commissas gratia inuadunt, gradibus priuant, & quod pessimum est & oibus christianis legibus inimicum perficere decertant, Vos ergo ut semper vestre sedi sancte consuetudo fuit piculitibus subuenite, oppressos roborate, tribulationibus manu porrigite, taliaque prohibete, & leges imponite, ut apostolica doctrina que in deo est cito ad victoriam iudicium perducere valeat nostrum nosque apostolorum principe suffragante Petro ab iminentibus periculis liberare. Nouimus namque,

R. iiii.

in iā p̄fata nicena synodo generaliter esse decretum, vt nullus passim vageq; episcopos aut presu-
ptiue lacerare, aut accusare, & qui non sunt recte fidei vel bone vite vel clare conuersationis aut infama
re presumat, sed prius si erga episcopos vel auctores ecclesie quisq; causam habuerit, eos cum charitate
mansuete conueniat, vt ab eis vulnus vnde agitur recte sanetur, aut ipse si secus egerit accusator excōi-
cetur. Quod si ab eis nichil valuerit recte percipere, tunc primo summos adeat primates, & ipsi tēpo-
re congruo canonice eos conuocare debebunt, qui si aut suis rebus expoliati, aut a p̄priis sedibus eie-
cti, aut exultates, vel oppressi, aut inique tracti fuerint, primo eruātur, & canonice restituantur, atque
omnia sibi sublata integerrime eis legibus reddantur, quoniam priusquam hec fiat vt in in predicto
constitutum est concilio, nec canonice conuocari, nec diltringi a quoquam possunt, quoniam nec secu-
li leges hec fieri permittunt, quantomagis ecclesiastice. Similiter & a supradictis patribus est definitū
consonanter, vt li quisquam episcoporum, aut metropolitanum, aut comprouintiales, vel iudices suspe-
ctos habuerit vestram sanctam Romanam interpellat sedem, cui ab ipso domino potestas ligandi ac
soluendi speciali est priuilegio super alios concessa. Ipsa enim firmamentum a deo iuxta & immobi-
le precepit, quoniam ipsam formam vniuersorum titulorum lucidissimam dominus Iesus Chri-
stus vestram apostolicam cōstituit sedem, ipsa est eni sacer vertex in quo omnes vertuntur, sustentantur
releuantur, & sicut in christo christiani, & in petra id est christo Petrus renouantur ecclesie. Tu es li-
cut diuinū veraciter testatur eloquium Petrus, & super fundamentū tuum ecclesie colūne, id est epis-
copi qui ecclesiam sustinere, & propriis humeris portare debent tibi sunt confirmate, tibiq; clauēs re-
gni celorum commissit, atq; ligare & soluere potestatiue que in terra, & que in celis sunt promulgauit.
Tu prophanarum heresum, & impetitorum atque omnium infestantium depositor, vt princeps &
doctor caputq; omnium orthodoxe doctrine & immaculate fidei existis, Igitur ne despicias pater tuo-
rum patrū pietatem bonamq; intentionem, & sicut illi patres & predecessores nostros a multis libera-
uerunt oppressionibus & angustis, ita nos liberare digneris. Nam fuit semper vestre sancte & aplice
sedis licentia iniuste damnatos, vel excōmunicatos potestatiue sua auctoritate restituere, & sua eis om-
nia reddere, & illos qui eos condemnauerūt, aut excommunicauerunt apostolico punire priuilegio, si-
cut etiam nostris, & anterioribus cognouimus actum temporibus, Porro & ipsi primates qui epis-
coporum, & summorum ecclesiasticorum negotiorum causas suscipere debent in prefixa nicena syno-
do sunt dinumerati, ne impotestatum cōtentio ex hoc oriretur. O sanctissime pater patrum absconde
blasphemias, & iactantiam vaniloquorū, & insidiantium infestationes, nos & fratres nostros opprimen-
tium atq; perdere volentiū, qui ad vos quasi ad caput cōfugimus, vt vestro suffulti auxilio liberemur
& vobis nobisq; commissas Christi oues a luporum ore domino adminiculante antequā deglutian-
tur eripiam⁹. Nec enim fas est supplicū apostolice sedis scripto, aut sine scripto preces oblatas despice-
re, sed vt condecet & priuilegium vestre sedis est & nos & illi canonicaliter conuocemur, & ante vos de
nostris obiectionibus canonice cum omni probitate concertemus, sicut predecessores nostri penes ve-
stros fecerunt antecessores, & sicut canonica in predicta sancta synodo docent instituta, & veluti palea-
ti verbi per ventilabrum canonice examinationis plenam purgationem in communi consistentes
auditori de maturis, & nutrientibus catholice ecclesie dogmatibus que confirmant cor hominis, par-
ticipationem paternarum cōsequamur institutionum, antiquis eum regulis censitum est, vt quicquid
quamuis in remotis, aut lōginq; positis prouintiis super episcoporum querelis, aut accusationibus
ageretur nō prius tractādū vel accipiendū esset, q̄ ad noticiā alme sedis v̄re fuisset p̄nūtiatio plata, que
infirmeret, aut firmaret, indeque summerent normam, vnde ecclesie sumpsere predicationis exordi-
um, ne passim ab insidiatoribus columne euerterētur ecclie. Certū est eni eidē sancte sedi v̄re in ho-
norē beatissimi Petri patrū decreta peculiare decreuisse reuerentiā dei p̄ rebus ingredis atq; determi-
nandis q̄s sollicitē decet iusteq; ab ipso p̄sulū examinare vertice aplice, cui⁹ sollicitudo semp fuit & ē tā
mala dānare quā p̄bare laudāda. Quocirca hūillimū v̄ro aplice culmini p̄soluētes obsequi, vt ipse dñs
p̄cepit, & sc̄torū decreta patrū statuerūt, cū lachrimis suggerim⁹ qd sine gemitu cordis reticere nō va-
lem⁹. Nā in tantū a p̄secutorib⁹ sc̄tē dei ecclie n̄r̄sq; inimicis p̄sequimur, vt magis nos tedeat viuere, quā
mori. Vnde pre oib⁹ fatemur in tantū cor esse n̄r̄m vulneratū, vt p̄pheticū illum planctū exoptemus
dicentes. Quis dabit capiti nostro aquā, aut oculis nostris fontem lachrimarum, vt sedentes plorem⁹
die ac nocte. Ecce enim ecclesia dei nō leuiter perturbatur, colūneq; eius nimis infestatur, atq; a pra-
uis amoueri hoib⁹ nituntur, xp̄ianorū vero voces ac gemit⁹ ep̄orū lōge lateq; reseruat, nouitates isur-
gūt, calūnie crescūt, p̄secutio grassatur, p̄ditio ut p̄plorū, v̄r̄m est eni nobis manū porrigere, q̄a vobis cō-

missi sumus, vestrum est nos defendere atque liberare, nostrumque est a vobis auxilium expetere, vestris parere iussionibus. Pre nimio ergo dolore & gemitu omnia que nobis instant & nos instant, necessario recordari vobisque significare nequimus. Ideo alium vestrum exoramus opostulat, ut superius legem que in memorata nicena synodo est promulgata, licet predictorum insidiatorum & aliorum malorum hominum ut facilius, episcopos deique ministros valeant illaqueare depravatione, sit suffocata reparetis, & que necessaria fore cognoscitis vestre sancte sedis auctoritate nos cunctosque fratres informetis, ut malorum insidias hominum vestra iusti auctoritate illesi domino opitulante euadere valeamus, quia non est insidias luporum preuidere ouium, sed pastorum. Scimus enim ut semper vestre sedis presules primo apostoli, deinde successores eorum fecerunt vos vniuersalis ecclesie & maxime episcoporum qui oculi propter contemplationem & speculationem vocantur domini curam gerere, ac de reuelatione, & lege nostra assidue cogitare debere sicut scriptum est, Beatus vir qui meditatur in lege domini die ac nocte, que meditatio non lectione per figuram litterarum tantum conspecta, sed exuberante in vobis christi gratia in vestra cognoscitur conscientia immobiliter insita & nullatenus de vestro corde recedente lege christi dei domini sacro sancta sicut in psalmo dicit propheta, os iusti meditabitur sapientiam, & lingua eius loquetur iudicium, lex dei eius in corde ipsius non atramento, sed spiritu dei viui vestra in archana mente conscripta, neque in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, sicut. Beatissimi apostoli Pauli ad corinthios missa nos docet epistola, Quibus premixtis significamus deo placite paternitatis vestre die. vii. kalendarum Augustarum indictionis quarte nostram humilitatem diuina gratia suo ut precepit munere preueniente vestris sanctis ac deo dignis precibus in sancta Romana ecclesia pontificalis honoris accepisse consecrationem & stolam, in quo dignitatis fastigium a deo omnipotente regamur altissimo, & a maioribus omnibus liberemur, ut non sacerdotale nomen tantum, sed christi domini dei nostri protegente auxilio & merito habeamus, vestris sanctis ac deo acceptabilibus nos commendantes orationibus poscimus quatinus & vestris deprecationibus pro nobis ad deum effusis muniti, & eruditionibus bonis instructi digni efficiamur cum omnium nobis populo christiano commisso illesi protegi velamento diuino. Ad salutationem ergo vestre sancte & honorande paternitatis vice nostra benedictum humile nostrum fratrem, vestrum episcopum, & Alexandrum presbyterum, Crispinum quoque diaconem vestros famulos destinauimus, quos postulamus celerius nobis a vestra beatitudine solui ut vestris cohortationibus roborati & vestris regulis informati inimicis videlicet compassis ad proprias prudenter consolati valeamus ecclesias ante hyemem deo propitio remeare, Vestrum est quippe pater sanctissime canonica districtione sollicite ecclesiastice regule aduersantibus & fratrum insidiatoribus obuiare, nec permittere nouiter dici quod patrum venerabilium auctoritas omnino non censuit. Nos enim humiles corde que recta sunt adiuuante domino sapientes vno vinculo charitatis vobiscum sumus constricti, veram fidem ac religionem catholicam in omnibus fortiter defensores, Studiosius itaque a catholicis improbis probe resistere innitendum est, ne torpentes desidiosa oppressi culpe taciturnitatis teneamur obnoxii, & quasi fauorem impeditentes iudicemur, dum aduersa catholice fidei propulsare negligimus, unde dictum est. Negligere quippe dum possis conturbare pueros nichil aliud est quam fouere, nec caret scrupulo societatis occulte qui manifesto facinori desinit obuiare, liquet doctor sanctissime venenosa serpentium sine simplicitate astutia, dum manifesta est dolosa inimicorum fallacia. Succurrite quiescentibus oppressis, liberate nos de manu persequentium ut beato Iob cantetis, benedictio perituri super me veniebat, & cor vidue consolatus sum, iusticia indutus sum & vestiui me sicut vestimenro & diademate iudicio meo, oculus fui ceco & pes claudus, pater eram pauperum, & causam quam nesciebam diligentissime inuestigabam. Coteribam malas iniqui & de dentibus earum auferbam predam, & reliqua. Nos enim quos tua maxima expectat cura, id est omnes episcopi precipue tuum mereri debemus, iudicium & non ab aliis deuorari, Merito ergo nos domini causa respicit sacerdotes, si silentio faueamus errori. Siquidem corripiantur huiusmodi nec sit liberum eis pro voluntate facere iudicium, desinat nouitas incelsere vetustatem, desinat ecclesiarum quietem inquietudo turbare, nam ut omnes metropolitani vel reliqui episcopi sua odia, aut vindictas in reliquos episcopos exercere non valeant, ideo nominatim in nicena synodo expressi sunt primates, qui reliquos episcopos audire & iudicare debeant, ne nulla fraus in iudicio episcoporum possit irruere. Vos ergo qui in summo speculo gratia dei estis positi attendere eos & opprimere oportet, qui in fratres seditiones, & scandala excitant, ideoque exoramus, ut minime despiciatis humilitatis nostre & omnium orientalium orthodoxorum sacerdotum, & populorum afflictiones & deprecationes cum lachrymis, oblatas, sed sicut luminaria vniuerso mundo verbum vite retinentes

R. iiii.

introducitas extinguite tenebras nefandissimorum insidiatorum, temporibus etiam nostris procaciter germinatas, quatinus iunditus extincta huiusmodi caligine lucifer nobis resplendeat per vos sanctissime pater & dogmatica definitio omnes letificans, quam gloriosi ecclesie sancti patres per propria piissime dogmata in eterne vite firmam hereditatem predicasse noscuntur, & subcriptio, Incolumem te & beneplacitum deo sanctissime pater patrum orante pronobis dominus custodiat in eum. Amen.

RESRIPTVM FELICIS PAPE AD EOSDEM.

- A **R**EVERENTISSIMIS ATQVE DILECTISSIMIS FRATRIBUS Athanasio & vniuersis egyptiorum, thebaïdorum, libiorum episcopis in sancta alexandrina synodo congregatis, felix alme Romane urbis & vniuersalis ecclesie episcopus & sancta synodus que in urbem Romam conuenit in domino salutem. Sacram vestram synodicam epistolam per gratiam sancti spiritus & deo placitum studium conscriptam vestre a deo honorande sanctitatis gratia libenter suscepimus, atque instanter in synodo recitare per singula iussimus, & omnes intente eius colligere verba iussimus, super que dum letari sperabamus & cupiebamus, versa est in luctum cythara nostra, & cantatio in ploratione, & omne totius synodi gaudium in merorem translatum est, quia non decuerat, ut hi qui corpus christi cotidie proprio conficiunt ore, tanta pateretur persecutione, quoniam deus non ster salutem prouidens generis humani mandauit persecutiones non fieri, inque fluctuationes inferri, nec iuideri laborantibus in agro dominico, neque dispensatores magni regis vexari aut expelli. Quiescite inquit sancta magna nicena synodus & nolite persequi eos qui deo perfecte ministrant & sincera voluntate dei superni mandata custodiunt, & nostris legibus subiugantur, quia nec decet, nec ordo patitur ut iniqui & carnales spirituales persequantur, omnis enim qui resistit alicui nunc vertendo, nunc celando veritatem mentitur aduersus eum contra quem litigat, & qui infestus est alicui oia sicut hostis agit, & insuper loqui contendit, Vos enim monemus fratres in speculis esse debere, ut inquam potestis & dominus auxilium dederit talibus nostra apostolica vestraque auctoritate resistatis, nec quisquam vestrum a fratris auxilio se subtrahat, sed pro viribus prestat adminiculum.
- B **Q**uoniam licet pauci sitis si vnanimes fueritis nullatenus iusticia suffragante, domino quoque opere ferente superabimini, quia funiculus triplex difficile rumpitur. Nam si officiis secularibus humana lex subuenit, quantomagis ecclesiasticis & domini sacerdotibus maximeque diuina atque catholica lex suffragari debeat. Ait enim diuinum de episcopis eloqui, qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei, Et si seculares humana multipliciter explorantur homines lege & requisitiones atque inducie eis multorum mensium conceduntur ne iniuste damnentur, quantomagis episcopis qui proximiores sunt deo, & super per hos constituti positique in celesti militia que impensius ponderanda est tempora sunt concedenda multo ampliora, ne a quibuscumque grauentur aut opprimantur vel subito damnentur. Incipiamus ergo adiuuante deo & sancto Petro apostolo per quem apostolatus & episcopus in christo cepit exordium, quoniam plures sepe emerferunt cause que in quibusdam non erant cause, sed crimina, quia magis ut cooperimus iniquitate quam charitate fratribus sunt posite, Et ut de cetero sollicitudo sit ne talia deueniant, capitula quedam a sanctis patribus tam in nicena synodo quam & in hac sede constituta ponamus quibus fratres & coepiscopi nostri sulti insidias inimicorum auxiliante domino valeant euadere, & prout dominus possit dederit paucioribus tantorum malorum verbis imitemur compendium & strictum que in volumine litterarum vestrarum cooperimus retractemus, & alia nonnulla instantis temporis necessaria prout petitis ponamus, est namque synodicis decretis institutis ut nemo episcopus penes seculares arbitros accuset, sed apud summos primates. Si quis aduersus episcopum causam habuerit non prius alios episcopos adeat ut eum accuset, quam familiariter ei sua indicet querelam, & ab eo aut iusta emendatione aut rationabile percipiat excusationem, et ipsa nos instruente veritate, Si peccauerit in te frater tuus uade & corripe eum inter te & ipsum solum, si te non audierit adhibe duos vel tres tecum, & si non vos audierit dic ecclesie id est accusa eum publice & non prius, & reliqua.
- C **S**i quis episcopum post hec elegerit accusare summis primatibus episcoporum sua indicet causam, & non secularibus qui magis ad pacem quam ad iudicium eos reuocent, ut charitas in omnibus & ab omnibus custodiatur, si primates accusatores episcoporum cum eis pacificare familiariter minime potuerint tunc tempore legitimo eos ad synodum canonicam conuocatam non infra angusta tempora canonicam conuocet, & non prius quam eis perscripta significet, quid eis opponitur ut ad responsionem preparati adueniant. Nam si aut vi aut

timore eiectionis, aut suis rebus expoliati fuerint, nec canonice euocari ad synodum possunt, nec respondere emulis debent antequam canonice restituantur, & sua eis omnia legaliter reddantur.

A Si quis episcopus fuerit suis rebus expoliatus aut a sua ecclesia vi aut timore expulsus, quod omni christiano non mini est inimicum, oportet & decet episcopum propositum semper prima fronte cedere, ut omnia que ablata sunt potestati eius legaliter reddantur, & presul prius restituatur, & postea non statim, sed diu, & per spatiosa tempora suis potestatiue dispositis & ad suam necessitatem preparatis ad tempus veniat ad causam, & si iuste visum fuerit accusatoribus respondeat suis. Nulli infamum atque sacrilegum de quocumque liceat negotio aduersus religiosum christianum quauis humilis seruilisque persona sit testimonium dicere, nec de qualibet re actione, aut inscriptione christianum impetere. **B** Si episcopus legitime accusatus & supradicto ordine ad concilium canonicum conuocatus fuerit, absque ulla trepidatione ire debet, et si ire non potuerit per se legatum ad synodum mittat. **C** Nulle cause a iudicibus ecclesiasticis audiantur que legibus non continentur, vel que prohibite esse noscuntur, si quis aliter non adqueuerit nisi ut episcopus accusatus supra taxato hoc tenore agere debeat, quia aliter rata non potest accusatio existere tunc primo accusati causam accusator apud primates canonicos deferat, nec a communione prohibeat accusatus, nisi ad electorum iudicium canonicum conuocatus infra tres aut sex vel plures menses pro suis rationibus reddatur venire distulerit, quod si probare potuerit quod non noluerit, sed non potuerit venire nihil ei nocebit. Ille vere qui vi aut timore a sede pulsus, aut suis rebus expoliatus fuerit, nisi prius vocetur ad synodum quam ei omnia legibus reintegrentur, & tam diu in sede propria pacifice & potestatiue cuncta disponens resideat, quamdiu expulsus vel expoliatus carere visus est rebus. Cum autem ad iudicium venerit si voluerit & necesse fuerit indutiae ei & petiti a patribus constituti absque impedimento concedantur, & iudices a se electi tribuantur, ut in loco unde est ille qui accusatur, aut si alibi alicuius temerarie multitudinis vim metuerit locum sibi congruum eligat, quo absque timore suos si necessitas exposcerit testes habere & absque impedimento suam canonicam finem finire valeat, quia multa per subreptionem venire solent. **D** Ut testificandi vel accusandi licentia denegetur qui christiane religionis & nominis dignitatem, & sue legis vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Multum derogatio praeualet quam derogator credit, ideo variis detractionibus atque accusationibus non decet labi. Etari primatibus, sed magis patrum regulis roborari nec facile aut indifferenter suscipere accusationes presumat dicente domino, non suscipias vocem mendacii, sed prius probare debet suspicionem & causam aut quo animo hoc faciat, & post modum suscipere, qui a veritatis professione propter iniquitatis inimicitie timoris, amoris, odii & cupiditatis intentio impedire & aduersa fratribus irrogare solet. **E** Persone accusantium tales esse debent quarum fides & conuersatio & vita probabilis & absque reprehensione sit, & que omni careant suspitione, quia & hoc te presertim ut bene nosti in nicena synodo propter malorum hominum infestationem ab omnibus definitum est, licet prauorum hominum insidiis sint hec alia quam praeter delecta, Primates illi & non alii sint quam in nicena synodo sunt constituti. Reliqui vero qui metropolis tenent sedes archiepiscopi vocantur, & non primates, salua in omnibus apostolice sedis dignitate que ei ab ipso domino est concessa, & postea a sanctis patribus roborata. **F** Primo semper omni episcoporum accusatione vita persona & conuersatio accusantium enucleati inquirantur, & postmodum ea que obiciuntur fideliter pertractentur, quoniam nihil aliter fieri debet, nisi ipse prior prius requiratur fides, personae vita, & actus, discutiantur, quia non debet prauorum aut insidiantium hominum perniciem vita lacerari innocentium. Sane sepius boni a malis disperguntur qui non cessant suis calamitatibus aliis derogare. Ideo summo opere prouidendum est, ne hec fiant. Nullus seruus, nullus libertus, nullus infidus, nullus criminibus irretitus, nullus calumniator, nullus qui inimicitias studet, nullus qui frequenter litigat & ad accusandum vel detrahendum est facilis, nulla infamis persona, vel omnes quos ad accusanda crimina publica leges publice non admittunt permittant episcopos accusare, quoniam accusatores & accusationes quas leges sanctae non recipiunt quia ratione sacerdotalis eas recipere debet ordo iuvenire neque, cum hec & in nicena synodo prohibita sint, & illi magis ab istis, non isti ab illis iudicari debeant & Apostolus dicat, spiritualis iudicat omnia, ipse vero a nemine iudicatur. **G** Heretici a quibus nimium opprimimur excommunicationis hominibus malefici fures, sacrilegi, raptores, venefici adulteri & qui raptum fecerint vel falsum testimonium dixerint seu qui ad sortilegos magosque concurrerint nullatenus ad accusationem vel ad testimonium erunt admittendi, nec ita in ecclesiasticis agendum est negotiis sicut in secularibus. Nam in secularibus postquam legibus vocatus venerit, & in foro decertare ceperit aliquis non licet ante pactam causam recedere, in ecclesiasticis vero dicta causa recedere licet si necesse fuerit aut si se pergrauari viderit. **H** Quoties episcopus super certis accusatur criminibus si tales fuerit accusatores qui iuste & canonicè recipi debeant legitima in synodo suo in tempore congregata ab omnibus canonicè audiantur qui sunt, praeiis episcopis, quod si legitime non fuerint accusatores non fatigetur episcopus, quia sacerdotes ad sacrificandum vacare debent non ad litigandum, nec illi qui throni dei vocantur prauorum hominum insidiis turbari debent, sed libere christo domino famulari, quamquam coprouincialibus episcopis una cum eorum metropoli, siue prouincie eas episcoporum liceat concorditer agitare, non tamen sicut in praedicta tempore constitutum est synodo licet definire absque romani pontificis auxilio.

etoritate, quod si secus a quibusdā presumpitū fuerit, ipsi qui hoc egerint sue presumptionis suscipiāt dāmnū & illi qui ab eis pperā excommunicati aut dānati fuerint, auctoritate huius sancte sedis & Beati pceptoris nri clauigeri Petri pte soluantur, atq; restituant. Ipe eni ait dñs, Quicūq; solueris sup ter-
ra, erunt soluta in terra & in celis, Quoties epi se a suis cōprouicialibus, vel a metropolitano putauerit
pregrauati, aut eos suspectos habuerint, mox Romanā appellent sedem, ad quam eos absq; vlla deten-
tione, aut suarū rerum ablatione libere ire liceat, & dum predictam Romanā matrem appellauerint
ecclesiam, aut ab ea se audiri exposcerint, nullus eos aut excommunicare, aut eorum sedes subripere,
aut eorum res auferre, aut aliquā eis vim inferre presumat anteq̃ eorum causa Romani pontificis au-
toritate finiatur, Quod si aliter a quoquam presumpitū fuerit, nihil erit, sed viribus carebit, Nam nec
hoc perperam presumimus, sed & ipsum in nicēna synodo constitutum & antecessores nostros egisse
bene Athanasii nosti, quoniā qñ tu & Paulus constantinopolitan⁹ Asclapius gaze, & Lucianus adrio-
polites ab orientalib⁹ episcopis inconsulto sancte memorie Iulio predecessore nostro damnati estis,
& ad eū quasi ad totius orbis caput (vt semp huius sedi sancte licitū fuit) confugistis cognita eorū ne-
quitia & vestra iustitia vos in cōmunionē suscepit, & omnīū vestrū curam gerens propter sedis pro-
prie dignitatē suas singulis reddē ecclesias orientalib⁹ scripsit culpans eos quod nō recte tractassent
viros inculpabiles de suis ecclesiis expellentes, & constituta nicēni concilii minime cōseruantes.

De quib⁹ ad certū diem nōnullos sibi met adesse precepit, vt de talib⁹ presumptionibus certā red-
derent rationē, & corā eis ostenderet iustū se sup eis protulisse decretū. Interminatus est etiā non ta-
lia deinceps fratres esse passuros, & nisi ab hmoi presumptionib⁹ cessarent, a propriis esse gradibus
eos recessuros, Tali enim huius sancte sedis priuilegio tu & fratres tui proprias recepistis ecclesias cū
omnibus sibi pertinentibus, His enim & aliis quāplurimis documentis manifestum est nullum dam-
nari, aut suis expoliari rebus debere episcopum qui hanc sanctam sedem interpellauerit, aut sibi defen-
satricē asciuerit, donec iudiciū de eo nostre apostolice auctoritatis hoc est principis apostolorum Petri
agnoscat, quia solūmodo christus iesus huius sancte sedi, id est apostolice hoc facere cōmisit, vtpote que-
riam solus atq; pre omnib⁹ prefatus princeps apostolorū creditus est, atq; percipere meruit a Rege
regum christo deo clauēs regni celorum.

A De induciis vero episcoporū sup quibus cōsuluistis diuersas a patribus regulas inuenim⁹ insti-
tutas, quidā eni ad repellēda imperitorū machinamēta & suas preparādas respōsiones & testes con-
firmandos, & concilia episcoporū atq; amicorū querenda, annū aut sex mandauerūt menses concedi,
quidam autē annum in quo plurimi concordant, minus vero quā sex menses nō reperi, quia & laicis
hec indulta sunt, quantomagis domini sacerdotib⁹. Nā & nostris antecessorib⁹ atq; reliquis sanctis
patribus multoties inhibītū est ne quis dñi sacerdotibus detractiones irroget, Quātomagis accusa-
tiones, nō ex radice charitatis prolatis: Qui escite inquit & nolite persequi eos qui pfecte deo mini-
strant, quorū orationibus & terrena bella sedātur & recedentiū adeo angelorum pelluntur incurfus,
quicq; oēs demones qui corrupti sunt precū assiduitate cōfundūt. Inducie nāq; nō sub augusto tem-
pore, sed sub lōgo spacio cōcedēde sunt, vt accusati se pparare & vniuersos cōmunicatores in puintiis
positos cōuenire, & testes preparare, atq; contra insidiatores se pleniter armare valeant. Iudices enim
& accusatores tales esse debēt, qui oī careant suspitiōe & ex radice charitatis suā desiderēt pmere sentē-
tiā. His ergo tā legaliter quā & canonicē prolatis etiā oim christianorū reuerētiā cōgaudere depolci-
mus spiritali intercedente dilectione & timore dñico per quē humana remouetur offensio, & ecclesia
rum edificatio pponitur vniuersis, vt magis vniuersi ad edificationē fratrū laborent quā ad dampna-
tionē quoniam ait dñs. In hoc cognoscent oēs quia mei estis discipuli si dilectionē habueritis ad inui-
cē, Iā eni formā dedim⁹ & a pdecessoribus nris datā esse cognouim⁹ vt si quis se esse agnouerit xpia-
num illud seruet quod ab apostolis noscitur esse cōtradictū dicēte Apostolo paulo. Si quis vobis an-
nūtiauerit preter quod accepistis anathema sit, christ⁹ eni dei filius dñs noster humano generi ppria
passione salutē plenissimā cōdonauit, vt nos liberaret. Et si de⁹ in tantū nos dilexit vt etiā proprio fi-
lio nō parceret, sed pro nobis omnib⁹ illum traderet, vt nos liberaret, vt qd nos nō diligim⁹ fratres, aut
eos temere iudicamus cū predictus dicat Apostol⁹ nolite iudicare inuicē, sed hoc magis iudicate ne
ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Nam si illi qui fratres diligunt ex deo nati sunt & vidēt
deū, quid ergo erunt illi qui eos psequuntur & eos detrahēdo, machinādo, accusando, ifestando dam-
nare moliuntur? Si illi filii dei, pculdubio hī filii sunt diaboli, qui semp sicut leo rugiens circuit ques-
rens quē deuoret. Ita fratres insequuntur vt perdāt qui uero adiuuare fratres refugiūt maius peccatorū
onus

onus acquirunt, et fraternitatis solatio rei existunt, ve inquit propheta qui potum dat amico suo mittens fel-
 suum, Et iterum sapientissimus salomon ait, quoniam qui loquitur iniqua non potest latere ne preteriet
 illum corripientis iudicium. In cogitationibus ergo impii interrogatio erit, sermone autem illius ad deum per-
 ueniet auditio ad correptionem iniquitatum illius quoniam auris zeli audit omnia & tumultus murmuram-
 entium non absconditur, hec enim si amplecti voluissent proprio & sano sensu ad reprobum sensum minime
 laberentur, sed per dei timorem sermonum suorum precauentes custodiam, piam sanctorum patrum definitio-
 nem sine quadam nocuamenti presumptione utique conseruarent quoniam dicit sacrum eloquium. Concilium
 bonum conseruabit te & mens bona custodiet te, Non enim de fontibus salutiferis spiritualiter ad inquisitionem
 nostre eterne vite procedunt tales accusationes & detractioes, atque ideo competenter nos beatus Paulus admo-
 nens ait, non debere plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem in definitione pietatis perdu-
 rantes, qui enim hanc pretereunt non tantum lesi sunt decedentes a corroboracione sua, sed insipientie sue de-
 reliquerunt hominibus memoriam, ut in his in quibus peccauerunt, minime latere potuissent, gloria enim &
 contumelia in loquela & in lingua hominis casus illius est, ideoque conueniens est hanc quidem ostensionem
 reprehensionem illorum nostris actibus inseri ne ulterius iam talia patiamini, seminariis illis zizania &
 scandala, sed letari in officiis & dogmatibus vestris mereamini. Igitur erubescant talia & homini blasphem-
 ia subtrahere festinet si noluerint a sacerdotali nostro collegio segregari, & a totius christiani populi
 societate diuelli, licet namque de his plura & pernecessaria que in decretis sedis apostolice & ab Aposto-
 lis eorumque successoribus nostris videlicet predecessores statuta inueniuntur, dicere & conscribere po-
 tuissemus tamen melius nobis visum est, ut epistolam oratione claudamus, Deus omnipotens & vnigenitus
 filius & saluator noster iesus christus hoc vobis tribuat, incitamentum ut oibus fratribus & coepiscopis nostris
 quibuscumque tribulationibus laborantibus totis succurratis viribus & cum eis copatientes crucem eiusdem
 domini saluatoris portetis, ut veri ipsius discipuli coram oibus appareatis, ut & vos & qui vobiscum sunt hic &
 in futuro possideatis meliora, que oculis non vidit nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt, que prepa-
 rauit deus diligentibus se, per dominum nostrum iesum christum per quem & cum quo omnipotenti deo patri gloria
 in secula seculorum. Amen. valere vos opto fratres Karissimi data Idus februarii Agario & Iuliano viris
 clarissimis consulibus.

DE OPPRESSIONE ARRIANORVM.

ELIX SANCTE VNIVERSALIS ECCLESIE PAPA AT-



que per gratiam dei catholice & apostolice ecclesie vrbis Rome episcopus vna cum san-
 cto concilio nostro Reuerentissimorum sacerdotum huc nobiscum conuenientium
 in confirmatione piissimorum catholice ecclesie dogmatum & releuatione oppressorum
 fratrum coepiscoporum videlicet nostrorum qui rectam niceni concilii tenent fidem, & fra-
 tres non infestent, vniuersis spiritualibus fratribus nostris & reliquis in sacerdotali
 collegio domino consecratis, atque omni plenitudini ecclesie catholice gratias & pax mul-
 tiplicetur in confortatione & sancti spiritus comunione, quatinus in eo perficientes a gloria in gloriam virtutes annu-
 ciamus ei qui de tenebris nos vocauit in admirabile lumen suum apud quem non est transmutatio nec vicissi-
 tudinis obumbratio, portate fratres hortamur persecutiones & tribulationes patienter ut ei inueniamini filii
 quem quotidie patre vocatis deum in celis, & in eo vincatis omnia qui propter nos vicit omnia, qui etiam pro
 prio filio suo non peperit, sed pro nobis omnibus tradidit illum, imitatores quoque dei conuenit in omni verbo &
 opere imitari deum, ideoque illud oportet nos dicere quod ipse de se perhibuit dominus, venit prin-
 ceps huius mundi & in me nihil inueniet, venerunt & illi qui vos & nos persequuntur, quia vos sine nos-
 bis persequi non possunt, quoniam vnus dei membra sumus, & vnum illius sacerdotium per eius san-
 ctificationem retinemus, & in nobis de suis nichil inuenerunt quia quicquid sumus gratia dei sumus, li-
 cet propterea calumniari nos irrationabiliter studuerint quod facere solent inimici, sua ex hoc cooperi-
 re dementia properantes, quatinus per mendacium veritatem valeant obumbrare, Scripsi enim vo-
 bis inquit Apostolus per multas lachrimas ut non contristemini, sed ut sciatis quam charitatem habu-
 erim in vobis, etenim detrahentibus detrahere non est bonum ut non ad ea que scripta sunt commo-
 ti iniurie certamen deficiamus. Non debemus omnino timere opprobrium hominum neque eorum exprobratio-
 nibus vinci, quoniam hoc nobis dominus iubet per esaiam prophetam dicens, audite me qui scitis iudicium
 populus meus in quorum cordibus lex mea est, nolite timere opprobrium hominum & blasphemias
 eorum ne timeatis. Considerantes etiam quod in psalmo scriptum est, nonne deus requirit istas, ipse enim
 nouit abscondita cordis & cogitationes talium hominum quoniam vane sunt vana autem locutus est vnusquisque ad
 proximum suum & labia dolosa in corde, & corde locuti sunt mala, sed disperdet dominus vniuersa labia dolosa

& linguā magniloquā, Qui dixerūt labia nostra a nobis sunt quis noster dñs est; Nā si hec in mēoria retinerent minime ad tantā p̄siliēnt iniquitatē nō enī probabili & paterna doctrina hoc faciūt, sed vt suā exerceant in seruos dei vindictā, scriptū nāq; est, Via stulti recta in oculis eius, & sunt vie que vidētur hoc iuste, nouissima autē eorū deducūt ad mortē, Nos enī q; hoc patimur, iudici reseruare debemus qui reddet vnicuiq; secundū opera sua, qui etiā per ministros suos intonuit dicēs, mihī vindictā ego retribuam, Vos enī in recta fide & pura ac bona succurrite volūtate vicissim, nec aliquis a supplemēto fratris subtrahat manū, quoniā in hoc ait dñs cognoscent oēs quia mei estis discipuli, si dilectionē habueritis ad inuicē vn̄ & ipse per prophetā loquitur dicens, Ecce quā bonū & quā iocundū habitare fratres in vnū, Spirituali dico habitaculo & concordia que in deo est, & vnitate fidei huius delectabilis, secundum veritatē inhabitaculi que videlicet in aaron magis decorabatur atq; sacerdotalē induētib⁹ dignitatē, sicut vnguētū sup caput, p̄cipalē intellectū irrigans, & vsq; ad ipsam extremā sciētiā deducēs in hoc habitaculo benedictionē & eternā vitā p̄misit dñs. Huius ergo prophetice vaticinatiōis meritū amplectētes fraternā presentē sillabā exposuimus nostra p̄pter charitatē minime querentes aut quēsturi, Nō enī detrahentib⁹ bonū est, detrahēre, aut palo secundum vulgare fabulā excutere palū, absit Non sunt nostra ista quapropter hoc auertat diuinitas. Nō sunt edocti habitus nostri ita vincere, sed in patientia longanimitatis & spiritu humilitatis, quia sicut per duritiā minime (vt p̄phetice dicam⁹), purgatur nigellia, ita nec pacis soporati fructus intelligentiē per asperitatē exprimitur, propter hoc enī verborū sup̄portauim⁹ colaphos vt aut paulatim valeam⁹ eū imitari, qui p̄pter nos se humiliare dignatus est, & extreme illius vltionis per hāc plagam verba declinem⁹, Audiamus ergo & cōsentiamus ecclīe oratori qui per linguam spiritus clara voce exclamat dicēs, Omnia vobis in charitate fiant. Ergo siue q̄rim⁹, siue tantūmodo dicim⁹, & tantūmodo audimur charitas intercedat, ars aliqua existat ad cōpositiōnē concordie boni & coniunctionē, Oportet enī de deo querentib⁹ nobis spiritu rectitudinis mentis nostre dinumerātes intentiones templū pacifice inhabitare in eum propter deū, qui per prophetā locutus est, Querēs quere & apud me habita, speculū enim dedit nos deus populo suo, & oportet eos qui adeo sunt deputati sacerdotiū adipisci, ita in humilitate gressum mentis ad inuicē tendere, vt in meli⁹ edificentur hi qui ad nos respiciunt, q̄ (quod dicere piget) per nostrā discordiā semitā pedū eorū cōcutere, Ad cōcordiam iudicemus nos ipsos, & vnum in charitate sapiamus, humilitatē veneremur, per quam apprehendi solet altitudo spiritus. Si enī verborū amplius vsq; hunc taciturnitatem quam garulitatē dilexerim⁹ hoc quidem bene habere arbitrati sumus ne scriptis vestris reciproce respondentibus iniurie fomētē excitemus, & pusillanimitate diiudicemur ab eo qui omnia ad charitatem dirigere promulgauit, Orauim⁹ vero & tunc hostium circumstantiē labiis nostris imponi verbum insonitū cōcipere potius quā verbū sonabile, & hoc tamen mihī donū est a domino, & fact⁹ sū sicut homo non audiens & nō habēs in ore suo argutiones, Sed quia tempus est loquendi & tēpus tacendi, operio verbum, & claudo hostiū per taciturnitatē cōpetenter exorans, Domine labia mea aperies, & respōdeam exprobrantibus mihī verbū, licet enī tacuissemus non semper tacebimus aperiēte nobis domino clāues verbi, Igitur directis in presenti beatitudini fraternitatis vestre apocrisariis qui p̄ multas factas inter nos de ecclesiastica requisitione dissonantes sermocinationes in fine ad hoc peruenerunt ad monētes nos atq; hortantes interpretari vn̄ius verī dei nostri volūtatis intellectum atq; hmōi interpretationē destinare vestre sacratissime venerationi. Nos acceptā habētes bone cōsciētie predictōrū venerabiliū virorū admonitiōē cognoscentes autē & que principatus ap̄lorum sūmitas docet paratos esse ad satisfactiōē omni poscētī verbū de spe que in nobis est secundū dei timorē, mansuetudinēq; ad bonā sciētiā tēperātes, sup tali tantūmodo requisitione mentē nostrā per has sillabas exponimus, sup̄fluam exercitationē & altercationē verborū p̄pter satietatē & presentis tēporis incōgruitatē declinātes, ac p̄cauētes nihil oīno aliud intelligētis ac p̄ferentes vel dicētes q̄ quod audiui⁹ & cognoui⁹ a sanctis vniuersalibus magnis apostolis eorūq; successoribus, & patres nostri enarrauerunt nobis, & audientes predicauim⁹ ad supernā tēdentes vocationē, Nostrū est studiū vbi pacis constitutio manet his qui in stadio pietatis sunt bene vnica gloria intercessori tribuitur & corona, deo manifestati sumus qui iudicat oīa & cōprobat, Nō iurgialiter stamus, nō ad cōtradictionē respicimus, nec fauorē ināne amplectimur, sed in verbo dei p̄positi hmōi requisitiōis resolutionē fecisse disgnosimur cōsistentes quoniā pacis domin⁹ de⁹ ad alterū nostrorū vnitatē & dilectionē cōseruauit in gloria ei⁹ benignissimē maiestatis, omnem cum vestra beatitudine in xp̄o existentē fraternitatē tam nos quā qui nobiscū sunt multū salutauim⁹. Data. viii. kalendas nouēbris philemone & Attico viris clarissimis cōsulib⁹.

ITEM EPISTOLA LIBERII PAPE VT NULLVS PRO PERSECVTIO
NIBVS DVM DVRRARE POTEST SVAM RELINQVAT ECCLESIAM.

Dominis sanctissimis & deo amantissimis vniuersis epis Liberius episcopus in domino salu-
lutem. Nichil est quod diu stare possit nisi dei gratia, Ceterū nequitia diaboli cōtēptibile ma-
lum plenum veneno mortifero seuit, qui sursum atq; deorsum circuit querens quem deuoret. Vnde
vigilare & sobriū esse ad orationes, & deo propinquare debemus, & fatuas dño auxiliante hominum
inlidias put dominus posse dederit respuere & p̄res sequi, & nō transgredi terminos patrū, non vt
n̄as relinquam⁹ dū in eis p̄sistere aliquō valebim⁹ ecclīasticas, vt ad alias p̄peremus, aut popul⁹ cō-
missos negligere, vt quietē ampliūq; p̄ eis elaborare, p̄ quibus etiā aīas ponere debemus studeam⁹,
quāq; multi nos p̄sequantur & oues xp̄i dilacerare desyderāt, q̄ quasi in vestibis ouīū apparent int⁹
aut sunt lupi rapaces, quos ex fructib⁹ cognoscim⁹, Isti p̄rio quidē vidētur ex nobis esse, sed non sunt
ex nobis, si enim fuissent ex nobis, mansissent utiq; nobiscum, quando vero suam euouerint impie-
tatem, dolum qui in eis est erumpentes & apprehendentes infirmiores, & eos qui ad eloquia diuī
na sensus inexercitatos hnt secū eos cōtrahunt ad p̄ditionē, subuertētes quos oportet p̄scientescauere
ne malicia eorū quidē seducti absidātur a p̄pria firmitate, Exacuūt enim linguas suas iuxta p̄phe-
te vocem sicut serpentes, Venenum aspidum sub labiis eorum. Nec vos p̄geat per temporales cru-
ciatus pro christi nomine laborare, sed emolumenta future remunerationis huius seculi vexationes
tolerare persuadeāt, Scriptū nāq; est. Quid retribuam dño pro oibus que retribuit michi? Calicē sa-
lutaris accipiam, & nomen domini inuocabo, Tantum enim a nobis exigitur quantum possumus
famulatus nostri obsequio cōmodare, Vnde quidem tanto nobis necesse est importunis predicatio-
nibus insistere, quanto nobis perfecte negotiationis creditur duplicata talentorum assignatio, atque
dominice nobis ad suscipiēdam eius requiem persuadet assertio, Suggestum namq; nobis est quod
pro preteritis laboribus & infestationibus nonnulli vestrum assignatas sibi a deo commissas re-
linquunt plebes, & in futuro plures relinquere velint eas quas tueri debent ecclesias, & pro ouibus si-
bi commissis laborare negligant, & monasteriorum se quieti contradere festinent, & vacationem ab
episcopatus laboribus eligere, & silentio atq; otio vitam degere magis appetant, quā in his que sibi
commissa sunt permanere, dicente domino. Beatus qui perseuerauerit vsq; in finem, Vnde nāq; est
beata perseuerantia nisi de virtute patientie, quoniam secundum apostolicam predicationem omnes
qui voluerint in christo pie viuere persecutionem patiuntur, Ideoq; fratres charissimi non vos affli-
ctionū amaritudo a pio mentis vestre p̄posito coartet recedere. Cōsiderate nāq; quanta p̄absolutio-
ne n̄i & liberatione creator, dominusq; & redēptor noster ptulerit, quibusue se contumeliis afficien-
dū tradiderit, vt nos a vinculis p̄tatis diaboli liberaret, Attendite itaq; vobis & omni gregi in quo
vos sp̄s sanctus constituit ep̄os regere ecclesiā dei, quā acquisiuit p̄prio sanguine, vt non sit qui vos
decipiat aut seducat in subtilitate sermonis, vt vobis plebes commissas relinquatis, & alicui propter
malorum opprobrium hominum quieti vos tradatis, vt vos solummodo saluetis & filios orphanos
relinquatis, Apertissime enim sp̄itus sanctus per apostolum dicit, quia in nouissimis temporibus
recedent quidam a fide & charitate attendentes spiritib⁹ seductoribus, & doctrinis demoniorū, ypo-
crisi mendacii locorū cauteriatam hntium suā conscientiam, Propter qd hortamur vestrā charitatem
exēplo eius qui pro nobis pati voluit p̄ptos vos in cunctis eius p̄manere seruitiis, nec quidē quo-
quō a cōmissa cura recedere, sed totis virib⁹ in cōmissis vobis negotiis fortiter vsq; in finem perdura-
re, quoniā beatus est qui perseuerauerit vsq; in finem, nec laudatur initium, sed finis. Nemo vos sedu-
cat inanibus verbis. Propterea enim venit ira dei in filios diffidentie. Nolite ergo effici cōparticipes
eorū dogmatum, neq; cōmunicetis infructuosis verbis illorum, magis autem & redarguite, quoniā
cetus preuaricatorū sunt, & extenderunt linguam suam quasi arcū mendacii, & non veritatis, cōple-
tum est in eis, quia de malo ad malū egressi sunt, & me non cognouerunt, dicit dñs, Veritatem enim
nō loquentur, docuerunt enim linguā suā persecutores ecclesiarū, eorūque sacerdotū loqui menda-
ciū vt impie agerent, laborauerunt, & reuerunt scire me dicit dominus, State ergo vos dilectissimi
super vias & videte interrogate de semitis dñi antiquis, & videte que est via bona sanctorū patrū, &
ambulate in ea & inuenietis requiem animab⁹ vestris, Sed & si patimini p̄pter ch̄ istum beati eritis,
metum autem eorum ne timueritis, neq; conturbemini, dominum autem deum sanctificate in cor-
dibus vestris ipso dicente. Nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non possunt oc-
cidere, sed potius eum timete qui potest animam & corpus perdere in gehennam, Nonne duo passē

S. i.

res affe veneunt, & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro. Vestri autem & capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere multis passeribus meliores estis vos. Rememoramini ergo fratres eum qui talem sustinuit a peccatoribus aduersus semetipsum contradictionem, vt ne fatigemini animis vestris deficientes, nondum enim vsq; ad sanguinem certauim⁹ aduersus peccatum repugnantes.

¶ Confidimus autem de vobis fratres charissimi meliora & viciniore salutis, quia neq; mors neq; vita, neq; angeli, neq; principatus, neq; potestates, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neq; altitudo, neque profundum, neq; creatura alia magistro gentium docente poterit nos separare a charitate domini nostri Iesu christi, & que in ipso est rectitudo. Nolite itaq; amittere confidentiam vestram, que magnam habet remunerationem. Patientia enim nobis necessaria est ad colluctationes aduersariorum, quatinus fidem intemeratam vsq; in finem conseruantes repromissionem percipiamus, quam repromisit his qui legitime certare deproperant. Adhuc omnino modicum aliquantulum, qui venturus est veniet, & non tardabit. Ecce enim iudex ante ianuam assistit coronas hilari ter promittens his qui pro eo passionibus submittuntur. Quod si subtraxerit se quis non placebit anime sue, sed cadet de promissione propter negationem. Nos autem non sumus subtractionis filii in perditionem, sed fidei in acquisitionem anime. Propter quod assumite arma dei, vt possitis resistere in die malo aduersus omnes inimicos sancte dei ecclesie & vestros, & induite vos lorica iusticie calciati pedes in preparatione euangelii pacis, in omnibus assumentes scutum fidei, in quo possitis omnia iacula nequissimi ignita extinguere, & galeam salutis accipite, & gladium spiritus quod est verbum dei per omnem orationem et obsecrationem radicati & fundati in solatio fratrum pro christo Iesu domino nostro, Sed & nunc fratres commendamus vos omnes domino & verbo gratie eius qui potest perficere & dare hereditatem vobis cum omnibus sanctis. Ipse autem deus pacis & dilectionis det vobis idipsum sapere in alterutrum, vt vobis inuicem succurratis & non sitis diuisi, vt vna nimes vno ore, & vno corde honorificemus eum in concordia & consolatione fratrum, qui potest confirmare nos secundum euangelium eius iuxta reuelationem mysterii eterni temporibus scilicet perpetuis quibus vobis futurorum gaudiorum largienda sunt munera, Summopere etiam considerare debetis, quod hi qui fratribus inuident eosq; damnare aut perdere cupiunt per se sua dogmata destruant, dicit enim dominus. Omne regnum in se diuisum non stabit, & omnis scientia & lex aduersum se diuisa non stabit. Ideoq; necesse est, vt concorditer salubres suscipiatis hortatus, & nichil per contentionem agentes, sed ad omne studium deuotionis vnanimes diuinis & apostolicis constitutionibus pareatis & in nullo patiamini prouidentissima canonum decreta violari, quatinus & necenorum canonum constituta, & que a nobis vel a predecessoribus nostris sunt prouide & salubriter decreta intemerata permaneant in futuro.

INCIPIVNT DECRETA DAMASI PAPE.

EPISTOLA EIVSDEM AD PAVLINVM ANTIOCHENVM EPISCOPVM.

Capitulum primum.

¶ Quod integrum hominem suscepit sine peccato.

Capitulum secundum.

¶ Quod vnus sit christus ante secula ex patre natus & in tempore ex virgine editus.

A



LECTISSIMO FRATRI PAVLINO DAMASVS, PER FILIUM meum Vitale ad te scripta direxeram tue voluntati, & tuo iudicio omnia derelinquens, & per Petrum pbrum indicaueram me in articulo iam perfectionis eius aliqua ex parte comotum, Vnde vt nullus tibi scrupulus resideret, ne volentes forsitan ecclesie copulari tua cautio preblada differret fidem misimus nostram tibi qui eius fidei comunioneq; sociaris, quam his qui in ea subscribentes tibi & nobis pte voluerunt sociari dilectissime frater, Quapropter si supradictus filius meus

lius meus